



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 110. Pontifex sollicitante Cosma Synodum convocare paratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XV
A.C. 1560.

batur: cum vero Cosmas hujus promissi spem nimis remotam arbitraretur, ipse Romam venire statuit, eoque unacum duobus Filiis suis Cardinale, & Garzia Mense Octobri advenit, magnifica prorsus pompa ibidem exceptus.

§. CX.

Pontifex sollicitante Cosma Synodum convocare paratus.

Thuan. l. c. **C**osmas ad privatum cum Pio IV. colloquium admissus impetrabat, ut quantocius ad prima anni sequentis auspicia generalis Synodi convocatio promulgaretur, quam in rem Cosmas ita perorabat: „Reipublicæ Christianæ, „cujus Sanctissime Pater, tutor, ac Patrens communis es, omnino expedit, „ut grassanti passim malo remedio universali medearis, nec vero metuere „debes, ne Concilium legitime congregatum pro potestate, quam obtinet, gravius quidquam, aut severius in Romanæ Curiae mores, & abusus statuat, „nam fieri non potest, ut is, qui legitime Pontifex creatus fuit, itidem mores „corruptos, & lapsam Ecclesiae Romanæ disciplinam emendatam nolit: igitur „superest, ut sua Sanctitas sincera, ac „simplici fide rem procuret, nec duplici „mente in eo negotio versetur, efficiatque, ut ex cunctis orbis christiani partibus